

Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me.
 29. Et dixit: Vade, & dices populo huic:
 * Matth. 8. Audite audientes, & nolite intelligere;
 13. 14. & videte visionem, & nolite cognoscere.
 Marc. 4. 10. Excæca cor populi huius, & aures
 12. eius. aggrava: & oculos eius clade: ne
 10. Iohann. 12. forte videat oculus suis, & auribus suis
 40. audiat, & corde suo intelligat, & conver-
 Aitor. 28. tatur, & sanem eum.
 26.
 Rom. 11. 8. 11. Et dixi: Usquequo Domine? Et
 dixit: Donec desolentur civitates absque
 habitatore, & domus sine hominie; & terra
 relinquetur deserta.
 12. Et longè faciet Dominus homines,
 & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in
 medio terre.
 13. Et adhuc in ea decimatio, & con-
 vertetur, & erit in ostensionem sicut te-
 rebinthus, & sicut quercus, quæ expan-
 dit ramos suos: semen sanctum erit id,
 quod steterit in ea.

CAPUT VII.

Obseffâ à Syris & ab Israël Ierusalem,
Isaías prophetat illos non prævalituros,
dârque impio Achaz signum liberationis
virginem paritum filium, cuius nomen
Emmanuël: prædictique desertionem
Israël & gravissimam Iudea afflictio-
nem ac solitudinem.

Vide 4.
 Reg. c. 15. **E**t factum est in diebus Achaz filii
 Et Ioathan, filij Ozie regis Iudea,
 ascendit Rasin rex Syriae, & Phacee filius
 2. Pur. 28. Romelia rex Israël, in Ierusalem, ad præ-
 Anno M. liandum contra eam: & non potuerunt
 3262. Ant. Chr. debellare eam.

742. 12. Et nunciaverunt domui David, di-
 centes: Requievit Syria super Ephraïm,
 & commotum est cor eius, & cor populi
 eius, sicut moventur ligna silvarum à fa-
 cie venti.

13. Et dixit Dominus ad Isaïam: Egre-
 dere in occursum Achaz tu, & qui dera-
 lictus est Iasub filius tuus, ad extremum

* Confer cum 4. Reg. aqueductus * piscinae superioris in via Agri fullonis.

18. 17. 14. Et dices ad eum: Vide ut fileas: noli
 timere, & cor tuum ne formidet à dua-
 bus caudis titonum fumigantium istorum
 in ira furoris Rasin regis Syriae, & filii
 Romeliae:

15. eo quod confilium inierit contra te
 Syria in malum Ephraïm, & filius Ro-
 meliae, dicentes:

16. Ascendamus ad Iudam, & suscitemus

eum, & avellamus eum ad nos, & ponam
 us regem in medio eius filium Tabeel.

7. Hec dicit Dominus Deus: Non sta-
 bit, & non erit istud:

8. sed caput Syriae Damascus, & caput
 Damasci Rasin: & adhuc sexaginta &

quinque anni, (a) & desinet Ephraïm esse
 populus:

(a) Com-
 pleta est
 Propheta
 hæc, cùm
 regnante
 Aslarado-
 ne Senna-
 cheribi fi-
 liio, an. M.
 3327. no-
 vi coloni
 in Samaria
 collocati
 sunt.

9. & caput Ephraïm Samaria, & caput
 Samariae filius Romeliae. Si non credide-
 rit, non permanebitis (b).

10. Et adiecit Dominus loqui ad

Achaz, dicens:

11. Pete tibi signum à Domino Deo tuo
 in profundum inferni, sive in excelsum
 supra.

12. Et dixit Achaz: Non petam, & non
 tentabo Dominum.

13. Et dixit: Audite ergo domus David:
 Numquid parum vobis est, molestos esse
 hominibus, quia molesti estis & Deo meo?

14. Propter hoc dabit Dominus ipse vo-
 bis signum. * ECCE VIRGO CONCI-
 PIET, ET PARIET FILIUM, ET VO-
 CABITUR NOMEN EIUS EMMA-
 NUEL.

15. Butyrum & mel comedet, ut sciat
 reprobare malum, & eligere bonum.

16. Quia antequam sciat puer reprobare
 malum, & eligere bonum, derelinquetur
 terra, quam tu detestaris à facie duorum

regum suorum (c):

(b) i. Con-
 teremini
 vos quo-
 que. Eo-
 dem enim
 tempore
 principes
 exercitus
 Assyriorum
 Manassem
 regem ce-
 perunt.

17. Adducet Dominus super te, & su-
 per populum tuum, & super domum pa-
 tris tui dies, qui non venerunt à diebus

separationis Ephraïm à Iudea (d) cum rege

Assyriorum.

18. Et erit in die illa: Sibilabit Domi-
 nus musæ, quæ est in extremo fluminum

Ægypti, & apî, quæ est in terra Assur,

19. & venient, & requiescent omnes in
 torrentibus vallum, & in cavernis petra-
 rum, & in omnibus frutetis, & in uni-
 versis foraminibus.

20. In die illa radet Dominus in nova-
 cula conducta in his, qui trans flumen

sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos
 pedum, & barbam universam.

21. Et erit in die illa: Nutriet homo
 vaccam boum, & duas oves,

22. & præ ubertate lactis comedet bu-
 tyrum, butyrum enim & mel manducabit

omnis qui relictus fuerit in medio terræ.

23. Et T E M P. ADVENT.

Item. IN FESTO ANNUNTIAT. B. V I R G.

Item. IN MISSIS VOT. B. V I R G.

ADVENT.

* Matth. 1. 23. Luce 1. 31.

(c) i. morientur duo illi Reginæ Syriae & Israëlis. 4. Reg. 16. 9.

(d) Per Regem Assyriorum sc. Theglathphasar. 4. Reg. 15. 29.

vidit lucem magnam : habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

3. Multiplicasti gentem, & non magnificasti lætitiam. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant vñctores captâ prædâ, quando dividunt spolia.

4. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti * sicut in die Madian.

* 1. Iud. 7. 12. & v. 23. 5. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum misum sanguine, erit in combustionem, & cibis ignis.

6. PARVULUS enim NATUS est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius : & vocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri fæculi, princeps pacis.

7. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis : super solium David, & super regnum eius sedebit : ut confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & usque in sempiternum: zelus Domini exercitum faciet hoc.

8. Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israël.

9. Et sciet omnis populus Ephraïm, & habitantes Samiam in superbia & magnitudine cordis dicentes:

10. Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus : sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.

* 4. Reg. 16. 9. 11. Et elevabit Dominus hostes * Rasin super eum, & imícos eius in tumultum vertet:

* Operam dantes Af- 12. Syriam ab Oriente, & Philisthiim ab Occidente * : & devorabunt Israël toto ore. In omnibus his non est aversus furor syrio:

13. & populus non est reversus ad persecutentem se, & Dominum exercitum non inquisierunt.

14. Et disperdet Dominus ab Israël caput & caudam, incurvantem & refrenantem die una.

15. Longævus & honorabilis, ipse est caput : & propheta docens mendacium, ipse est cauda.

16. Et erunt, qui beatificant populum istum, seducentes : & qui beatificant, præcipitati.

17. propter hoc super adolescentulius eius non lætabitur Dominus : & pupillorum eius, & viduarum non miserebitur: quia omnis hypocrita est & nequam, & universum os locutum est stultitiam. In

omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

18. Succensa est enim quasi ignis impetas, veprem & spinam vorabit : & succendetur in densitate saltus, & convolvetur superbia fumi.

19. In ira Domini exercitum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis : vir fratri suo non parcer.

20. Et declinabit ad dexteram, & esuriet : & comedet ad sinistram, & non saturabitur : unusquisque carnem brachij sui vorabit : Manasses Ephraïm, & Ephraïm Manassen, simul ipsi contra Iudam.

21. In omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

C A P U T X.

Vae conditibus leges iniquas in oppressionem pauperum & viduarum : regem Assur virgam furoris Domini predicit ob suam superbiam & cordis arrogantium humiliandum : consolatur Israël ne timeat ab Assur, reliquias ipsius ad Deum convertendas prædicens.

1. **V**æ qui condunt leges iniquas : & scribentes, iniultiam scripserunt:

2. ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei : ut essent vidua præda eorum, & pupilos diriperent.

3. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? ad cuius confugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam vestram,

4. ne incurvemini sub vinculo, & cum imperfectis cadatis? Super omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

5. **V**æ Assur, * virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea.

* i. Sen-
nacheribo
Assyrio.

6. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiatur prædam, & ponat illum in conculationem quasi lumen platearum.

7. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit : sed ad conterendum erit cor eius, & ad intercessionem gentium non paucarum.

8. Dicit enim:

9. Numquid non principes mei simul reges sunt? numquid non ut Charcamis,

fic

sic Calano : & ut Arphad, sic Emath? numquid non ut Damascus, sic Samaria?

10. Quomodo invenit manus mea regna idoli, sic & simulachra eorum de Ierusalem, & de Samaria.

11. Numquid non sicut feci Samaria & idolis eius, sic faciam Ierusalem & simulachris eius?

12. Et erit: cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & in Ierusalem, visitabo super fructum magnifici * 4. Reg. 19. 35. cordis regis * Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius.

13. Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum, & principes eorum deprædati sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes.

14. Et invenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum: & sicut colliguntur ova, quæ derelicta sunt, sic universam terram ego congregavi: & non fuit qui moveret pennam, & aperiret os, & ganniret.

15. Numquid gloriabitur securis contra eum, qui fecat in ea? aut exaltabitur ferrum contra eum, à quo trahitur? quomodo si elevetur virga contra elevantem se, & exaltetur baculus, qui utique lignum est.

16. Propter hoc mittet dominator Dominus minus exercitum in pinguis eius tenuitatem: & subitus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis.

17. Et erit lumen Israël in igne, & Sanctus eius in flamma: & succendetur, & devorabit spina eius, & vepres in die una.

18. Et gloria saltus eius, & carneli eius ab anima usque ad carnem consumetur, & erit terrore profugus.

19. Et reliquæ ligni saltus eius praepa- ciatate numerabuntur, & puer scribet eos.

20. Et erit in die illa: non adjicet residuum Israël, & hi, qui fugerint de domo Iacob, inniti super eo, qui percutit eos: sed innitetur super Dominum sanctum Israël in veritate.

21. Reliquæ convertentur, reliquæ, inquam, Iacob ad Deum fortè.

* Infr. 11. 11. Rom. 9. 27. Si enim fuerit populus tuus Israël quasi arena maris, reliquæ convertentur ex eo, consummatio abbreviata inundabit iustitiam.

* Septuaginta & ex- 23. Consummationem enim & abbreviationem * Dominus Deus exercitum faciet in medio omnis terræ.

verbum ab- breviatum.

24. Propter hoc, hæc dicit Dominus

Deus exercituum: Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur: in virga percutiet te, & baculum suum levabit super te in via Ægypti.

25. Adhuc enim paululum modicum que & consummabitur indignatio & furor meus super scelus eorum.

26. * Et suscitabit super eum Dominus * Infr. 37. exercitum flagellum * iuxta plagam Ma- * Ind. 7. dian in Petra Oreb, & virgam suam super mare, & levabit eam in via Ægypti.

27. Et erit in die illa: Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescat iugum à facie olei.

28. * Veniet in Aiath, transibit in Ma- * Iter Sen- gron: apud Machmas commendabit vasa nacherib describit.

29. Transierunt cursim Gaba sedes nostra: obstupuit Rama, Gabaath Saülis fugit.

30. Hinni voce tua filia Gallim, attende Laifa, paupercula Anathoth.

31. Migravit Medemena: habitatores Gabim confortamini.

32. Adhuc dies est, ut in Nobe stetur: agitabit manum suam super montem filiæ Sion, collem Ierusalem.

33. Ecce dominator Dominus exercitum confringet lagunculam in terrore, & excelsi staturæ succidentur, & sublimes humiliabuntur.

34. Et subvertentur condensâ saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

C A P U T X I.

Vaticinium de Christi nativitate, iudicio, exaltatione, conversione populorum & gentium ad Christum, & gloria sepulchri ipsius: item de conversione reliquiarum Israël ad Deum, ac fide gentium.

1. **E**T egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.

2. Et requiescat super eum spiritus Do- mini: spiritus sapientiæ, & intellectus, spi- ritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis,

3. & replebit eum spiritus timoris Do- mini: non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum au- riū arguet:

4. sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terre:

* & percutiet terram virginis oris sui, & spi- ritu labiorum suorum interficiet impium.

Mm 3 5. Et

5. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorum renum eius.

* Infr.65.
25.

6. * Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubabit: vitulus & leo, & ovis simul morabuntur, & puer parvulus minabit eos.

7. Vitulus, & ursus pascentur: simul requiescent catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas.

8. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis: & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.

9. Non nocebunt, & non occident in universo monte sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes.

* Rom.15.
12.

10. * In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes depredabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum.

11. Et erit in die illa: Adjicet Dominus secundum manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquet ab Assyriis, & ab Aegypto, & à Phetros, & ab Aethiopia, & ab Allam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris.

12. Et levabit signum in nationes, & congregabit profugos Israël, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagiis terræ.

13. Et auferetur zelus Ephraïm, & hostes Iuda peribunt: Ephraïm non emulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraïm.

* vid. 4.
Reg.18. 8.

14. Et volabunt in humeros Philisthiim per mare, simul prædabuntur filios Orientis: Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filii Ammon obedientes erunt.

15. Et desolabit Dominus linguam maris Aegypti, & levabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septem rivis, ita ut transcant per eum calceati.

16. Et erit via residuo populo meo, qui relinquitur ab Assyriis: sicut fuit Israël in die illa, qua ascendit de Terra Aegypti.

C A P U T X I I .

Canticum laudis & gratiarum actionis pro liberatione & beneficiis Christi salvatoris.

1. **E**t dices in die illa: Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conversus est furor tuus, & consolatus es me.

* Exod.15.
2.
Psal. 117.

2. Ecce Deus salvator meus, fiducialiter agam, & non timebo: * quia fortitudo

mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.

3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris:

4. & dicetis in die illa: Confitemini Domino, & invocate nomen eius: notas facite in populis adinventiones eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius.

5. Cantate Domino quoniam magnificè fecit: annunciate hoc in universa terra.

6. Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israël.

C A P U T X I I I .

Ingens ac truculenta Babyloniorum vastatio à Medis.

1. **O**nus * Babylonis, quod vidit * i. Trifte vaticinium. Hic Deus qua-

2. Super montem caliginosum levate signum, exaltate vocem, levate manum, si classicum canit, eoque Darium & Cyruum cum Medis & Persis ad

3. Ego mandavi sanctificatis meis, & vocavi fortis meos in ira mea, exultantes in gloria mea.

4. Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium: vox sonitus regum, † gentium congregatarum: Dominus exercitum præcepit militiæ belli, vocat, & venientibus de terra procul, à summitate cœli: Dominus, & vasa furoris eius, ut disperdat omnem terram.

5. Ululate, quia prope est dies Domini: quasi vastitas à Domino veniet.

6. Propter hoc, omnes manus dissolventur, & omne cor hominis conturbescet,

7. & conteretur. Tortiones & dolores tenebunt, quasi parturiens, dolebunt: unusquisque ad proximum suum stupebit, facies combusta vultus eorum.

8. Ecce dies Domini veniet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisque ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea.

9. Quoniam stellæ cœli, & splendor earum non expandent lumen suum: obnebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo.

10. * Quoniam stellæ cœli, & splendor earum non expandent lumen suum: obnebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo.

11. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiete faciam superbiam infidelium, & arrogiantiam fortium humiliabo.

12. Pretiosior erit vir auro, * & homo mundo obrizo.

13. Super hoc cœlum turbabo: & movebitur terra de loco suo propter indignatio-

mea.

tionem Domini exercitum, & propter diem iræ furoris eius.

14. Et erit quasi damula fugiens, & quasi ovis: & non erit qui congreget: unusquisque ad populum suum converteatur, & singuli ad terram suam fugient.

15. Omnis, qui inventus fuerit, occidetur: & omnis, qui supervenerit, cadet in gladio.

* Ps. 136. 16. * Infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripiuntur domus eorum, & uxores eorum violabuntur.

17. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non querant, nec aurum velint:

18. sed sagittis parvulos interficiunt, & lactantibus uteris non miserebuntur, & super filios non parcer oculus eorum.

19. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclita superbja Chaldaeorum: * sicut subvertit Dominus Sodomam & Gomorrham.

* Gen.19. 20. Non habitabit usque in finem, & non fundabitur usque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabi, nec pastores requiescent ibi.

21. Sed requiescent ibi bestiae, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi:

22. & respondebunt ibi ululæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis.

C A P U T X I V .

Vaticinium de Iudaorum consolatione & à Babylonica captivitate liberatione, Babyloniorumque contritione: quorum ingens superbia, amplitudo dominij & crudelitas explicantur, una cum punitione Philistinorum, & ceterorum qui ob calamitatem Iudaorum latati sunt.

1. **P**rope est ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Iacob, & eligit adhuc de Israël, & requiescere eos facit super humum suum: adiungetur advena ad eos, & adhæredit domini Iacob.

2. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebunt eos dominus Israël super terram Domini in servos & ancillas: & erunt capientes eos, qui se ceperant, & subjicient exatores suos.

3. Et erit in die illa: cum requiem deridet tibi Deus à labore tuo, & à concusione tua, & à servitute dura, quæ ante servisti:

4. sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessavit exactor, quievit tributum?

5. Contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium,

6. cædentes populos in indignatione, plaga insanabilis, subjacentem in furore gentes, persequenter crudeliter.

7. Conquievit & siluit omnis terra, gavia est & exultavit:

8. abies quoque letata sunt super te, & cedri Libani: ex quo dormisti, non ascendet qui succidat nos.

9. Infernus subter conturbatus est in occursum adventus tui, suscitavit tibi gigantes. Omnes principes terræ surrexerunt de soliis suis, omnes principes nationum.

10. Universi respondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri simili effectus es.

11. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum: subter te sterneatur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.

12. Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, qui manæ oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes?

13. qui dicebas in corde tuo: In cœlum conserbam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.

14. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.

15. Verumtamen ad infernum detrahēris in profundum lacū:

16. qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospiciunt: Numquid iste est vir, qui conturbavit terram, qui concusserit regna,

17. qui posuit orbem desertum, & urbes eius destruxit, vincit eius non aperuit carcerem?

18. Omnes reges gentium universi dormierunt in gloria, vir in domo sua.

19. Tu autem projectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obvolutus cum his, qui interfecti sunt gladio, & descendenter ad fundamenta lacū, quasi cadaver putridum.

20. Non habebis consortium, neque cum eis in sepultura: tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti: non vocabitur in æternum semen pestis.

21. Præparate filios eius occisioni in iniuriant patrum suorum: non consurgent nec

nec